



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXX. Ein brieff Bischoff Ludwigss zu Brandenburk u. s. w., darinne er dy Pfarre In dorff Bredereyke dem CLOster Himmelpforten, Vmb mehrerss auffnemenss willen dess Gottsdinsts daselbst Incorporiert ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Storckow, anno domini Millefimo CCC°. XXXVI°, sabbato ante Dominicam, qua cantatur Jubilate, presentibus testibus, Videlicet domino Wedegone, plebano ibidem, Johanne et Bethekino Scultetis, Bernardo, ciuibus in eadem uilla, et aliis pluribus ad hoc specialiter uocatis et rogatis.

Dass diser brief mit seinem Rechten Original Collationiret, Auscultiret vnd demselben allenthalben gleichlautend sey, dass hezeuge Ich obgesetzter Notari Erasm. Seydell mit diser Meiner handschrift.

XXX. Ein brieff Bischoff Ludwigs zu Brandenburg u. s. w., darinne er dy Pfarre In dorff Bredereyke dem Closter Himmelpforten, Vmb mehrerfs auffnemens willen des Gottsdinfts dafelbst Incorporiert vnd Einuorleybett.

In nomine domini Amen. Nos Ludeuicus, Dei gratia Episcopus Brandenburgensis Ecclesie, omnibus presentem literam auditoris seu inspecturis salutem in domino. Licet omnibus ex officii nostri debito caritatis effectus et manus beneficentie, quantum preualemus, impendere teneamur, maxime tamen uiris religiosis, qui paupertatem uoluntariam elegerunt et diuinis obsequiis, quoad uixerint, exequendis se defouerunt, charitatis officium libentius impendimus et liberalius exhibemus. Hinc est quod nos de unanimi consensu prepositi et capituli nostri Viris religiosis quamplurimum nobis in Christo dilectis, monachis Cenobii Celiporte, Cysterficiensis ordinis, nostre Diocesis nouelle plantationis, ut in bonis et personis ad ampliandum cultum diuinum in melius proficiant et uberius inualecant, parrochialem Ecclesiam in Bredereyke, eiusdem Dyocesis nostre, cum omnibus suis pertinentiis incorporamus, ipsis liberaliter concedentes, quod fructus ipsius in usus suos conuertere ualeant, Ita tamen, quod ei, qui dictam pro tempore rexerit, portio congrua pro sustentatione et aliis omnibus supportandis relinquatur, nostro etiam et prepositi, in cuius prepositura dicta ecclesia esse dinoscitur Jure in omnibus semper saluo. In premissorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Et nos Theodoricus, Dei gratia prepositus, et capitulum dicte Brandenburgensis Ecclesie in signum nostri consensus sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Actum et datum Brandenburgi, Anno domini M°. CCC°. XXXVII, in Craftino beate Elisabeth uirginis gloriose.

Dass dise Copei mit Irem Rechten Original Auscultiret, Collationiret vnd demselben In allem gleichlautend sey, dass bezeuge Ich Erasmus Seydell, obgenannter Notari, mit diser meiner eigen Handschrift.

XXXI. Ein Reuerfs des Compturs zu Nemerow, Als Stathalterfs des Hern Meisterfs deutschs Ordens p. p. vnd des Compturs zu Gardow, darinne sie bekennen, das sie mit dem Closter etzlicher Sehe halben zu grunde vortragen vnd das dieselben dem Closters zutendigk seien.

Nos frater Herman de Wertberge, Commendator Domus Nemerowe, gerens uices honorabilis in Christo uiri fratris Bartoldi de Hinnenberghe, magistri domorum ordinis sancti Johannis Bapstife in Almania, scilicet Saxonia, Marchia et in Slauia, Nec non frater Henricus de Wefenbergh, commendator domus Gardowe, ac uniuersi fratres domus eiusdem